

Publication/Creation

1950

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dfvbc2hc>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

XLVII.

Diglutitio difficilis à tumore
scirrhofo.

Anno c¹o I^c XXVII. Patavii nobilis virgo Deo sacrata jam septem ac decem annis vix aliquot guttulas liqvoris demittit. Oesophago nempe ab osculo aviculae olim saucio scirrhosus tumor affluente materia genitus.

Murani quoq; alia ab intempestivo refrigentium ad inflammationem usu contracto gulæ scirro assumta ægerrimè deglutiebat.

XLIX.

Deglutitio abolita.

ADOlescentulo octogenari per febrem ardentem abolita deglutitio ab oesophagi angustia: quæ tanta, præsente Joanne Prevotio, ut gula cadavere aperto aquam non admitteret.

XLIX.

A pyro cocto devorato mors.

Anno c¹o I^c XXVI. servus quidam Patavinus pyro cocto avide vorato cum gravissimis symptomatibus confessim interiit, adfusis nervis, qui ventricali orificio junguntur.

L. Apys-

OBS. MED. CENT. II.

79

L.

A pyro crudo improvide degluti-
to suffocatio.

Anno c¹o I^c LIII. adolescens pyrum crudum temere in ore agitat, rupto petiolo in fauces invito delabitur; quibus dum eximi nequit, spiritum intercipit.

LI.

Atramentum scriptorium impu-
nè haustum,

Anno c¹o I^c XXXIX. puer trimus Luciae Basiliensis nepos, atramentum scriptorium confertim haufit; nec ullum percepit incommodeum præter leviusculum gulæ ardorem, post aliquot annos febre defunctus.

LII.

Ventriculi abdominisq; inflatio
subita.

Anno c¹o I^c XXVI. Illusterrimus Aloisius Delphinus Præful Vicentinus, quum ad intemperiem capitis humidam chinæ decocto viginti diebus esset usus, pridie festi B. Virgines Deiparæ assumptis piscibus, ventriculus & abdomen confessim intumuere, nec ullis remediis flatu discutere licuit. Autumno sequenti primum in tym-